

§. CCXXVII.

Collector eisdem verbis: Legitur, quod unus devotus laicus Frater, qui erat coquinarius Fratrum, stabat ante conventum Fratrum multorum, et in continuo labore fuit. Et quoniam frequenter hospites superveniebant extra horam communis prandii, vel caenae, vix tantum temporis habere poterat, ut orationes debitas persolveret. Contigit quoque una die, ut multis supervenientibus Fratribus tota die occuparetur in labore coquinae. Tandem post completorium satis tarde accessit ad orationes persolvendas, et quasdam peculiare orationes b. Virginis offerrebat. Et quia fatigatus fuit multum ex labore, somnus ipsum arripuit: qui excutere a se somnum conatus, magnam lectam habuit in somno, lassum corpusculum deprimente, et fervore devotionis renitente. Cumque sic luctaretur, apparuit ei Domina pulcherrima, dicens: *Fili bone, mihi satis fecisti: vade ad dormiendum. De cuius aspectu gratioso multa consolatione repletus est.*

§. CCXXVIII.

Idem collector speculi eisdem verbis: Ante aliquot annos comperi rem non incertis festimoniis approbatam, quae regulariter operantibus afferat non parum solatii, et opus allevit intuitu mercedis et praemii. In una domo Ordinis Cisterciensis res gesta est celebris apud Franciam, et ab omnibus credita, quia vir magni testimonii testis eius est, a quo et visa est. Messis erit, monachi messuerunt, et sub pondere daci, et aestus fortiter sudaverunt. Venit vespere, itum est ad domum coenatum, dormitum, et dormitorium clausum. Cellarius vir sanctus, sapiens, et maturus, talis denique, cui soli hoc liceret, mercenarius responsurus, expeditus hic venit et ipse ad dormitorium, sed clausa est ianna: quid faceret, pulsaret? sed turbare noluit requiem monachorum. Desisteret? sed requiem non haberet. Malens tamen inquietare se quam illos, capitulum intrat, in scamno se ponit, et de iunco capitale instruit sibi. Nectum obdormierat, et ecce Virgo omni specie pulchrior, obsequentibus, et lumina praefertentibus aliis duabus ingreditur. Aggreditur monachum, an dormiat: sciscitatus, vigilare se dicit. Qui et ipse quid ibi facere velit, cur contra morem, et maxime nocte intraverint, securus inquit. At illa: Ego sum, inquit, cuius es et tu, et domus ista, et omnes, et omnia, quae sunt in domo ista, et in Ordine isto. Portabat autem vas vitreum ad naves suas tanquam odorem captans ab eo, dixique: Visitavi hodie monachos meos in agro, sudoremque eorum colligi mihi in vase isto; et hic odor optimis coram me, et filio meo, digne ulique remunerandas praemio oportuno. Tum ille: O pia Domina, quid tibi tanti est labor noster, qui fit non tam devotione humilitatis, quam necessitate inopiae? at illa inquit: tu non audi-

sti, quia voluptas habet poenam, et necessitas parat coronam? Et si necessitas parit coronam, sed iam partem accipit voluntas. Sive ergo necessitate, sive voluntate, quod agitur meum est. Omnia vestra mihi vindico, ego suscipio, ego remuneror. His dictis disparuerunt illae. Et ille obdormivit suaviter, utique sic animatus in spe, sic confortatus in fide, voluntarius in labore. Mane factio, refert lactus, et compunctus Abbati, Abbas Conventui. Laetati sunt omnes, crediderunt omnes, et prae gravitate personae nemo dabitat. Accenduntur animi omnium, singuli fervent ad opus laborantes et sudantes in tantum, ut si Maria adesset, demum posset implere vas suum. Sic ludere solet dulcis Maria cum pueris suis, sic in visu ostendens se illis, donum pacis et gratiae afferens illis. Audiant haec mansueti, et laetentur, pusillanimes, et confortentur, pigri, et excitentur, alacres currant, non lassentur. Omnes Christo, et b. Mariae dent gloriam, et ab ipsis vicissim hauriant gratiam.

§. CCXXIX.

Ioannes Inuior Ordinis Praedicatorum, et legitur (in *Scala caeli*) eisdem verbis: Fuit quaedam mulier nobilis, sed pauper, habens duas filias, quas informavit ad amorem Virginis benedictae. Paupertate ergo gravata, timens corruptionem mundi, ante altare b. Virginis eas addoxit, sic dicens: O Domina, has filias meas virginis mundas tibi offero, et quia non habeo unde possum eas nutrire, quicquid iuris in eis habeo, totum tibi do. Et acceptis manibus puellarum, in signum verae donationis coniunxit manibus Virginis. Et dum recessissent, invenem splendidi invecunt in foribus domus suae, qui obtulit ei centum libras, in quibus scelerate erat obligatus patri eorum. De his mater induit filias, et de necessariis providit optime. Quae attendentes gentes, murmurare caeperunt credentes, quod de meretricio quaesta hoc haberent. Quod mater audiens, filias advocatis, sic ait: It ad Matrem Virginem Mariam, et instate cum fletibus et devotione, ut tanquam mater subveniat huic infamiae vestrae. Quae ex corde Virginem rogantes, dum in quadam festo solemniter ipsius Virginis ad sermonem in platea sederent, in praesentia totius populi angelas descendit de caelo portans duas capsellas de rosas pulcherrimas albis, et clamando in praesentia totius populi, sic ait illis duabus virginibus: Ista capsellas mittit vobis b. Virgo Maria mater vestra in signum virginitalis vestrae; et illis dimissis disparuit. Tunc princeps terrae, qui ibi aderat, viso hoc miraculo, duo monasteria construxit ad honorem b. Virginis, in quibus istas duas constituit Priorissas.

§. CCXXX.

Idem Collector speculi eisdem verbis: Legitur in libro quodam exemplorum b. Virginis, qui vocatur *Mariae*, quoniam fuerant altissimi duo monasteria Ordinis s. Bernardi, non longe a se invicem distantia, unum mulierum, et aliud virorum, in quibus singuli, ac singulae iuxta institutionis suae regulam Domino devote serviebant. Erant autem et in eisdem monasteriis duae personae, quarum utraque in suo Conventu custodis officio serviebat, propter morum autem, ac sanctitatis vitae puritatem, se mutuo in Domini charitate arctius diligebant, ita ut ubi alter alterius obsequio egeret, prout officio opportunitas saepe exigebat, sibi alternato ministerio servirent. Talem autem suae charitati custodiam adhibebat, ut nequaquam sibi corporali praesentia propinquarent, nec sibi loquerentur, nec suis aspectibus se offerrent. Fervebant autem ambo in servitio Dei, ac Gloriosae Matris eius. Custos vero conventus virorum ob singularem ad Dominam nostram devotionem, et reverentiam, imaginem quandam pulchriorem, quo poluit, eiusdem Virginis Mariae sibi fieri impetravit, sub cuius pedibus imaginem daemone contra, quo horribilius ac turpius excogitare poterat, ordinari fecit. Postquam vero longo tempore in iam dicta devotione beatae Virginis devotè servisset, stimulatus de facto praedicti custodis, devotionis omnis inimicus puritate intentionis eiusdem amplius sufferre non poluit, venique in figura, qua eum custos formari fecerat, obvium. In quadam nocte, cum ad pulsandum ad matutinas surrexisset, eum protervo, ac irato vultu intuens, in haec verba prorupit: Cur hanc mihi opprobriosam confusionem exhibuisti, ut me tam turpi forma faceres depingi sub pedibus pulchrae illius imaginis Mariae Dominae tuae, ubi contrariis iuxta se positus, mei figura, alia magis efflucescente, horribiliter apparet? Nisi me citius deposueris, talem tibi providebo confusionis talionem, ut te me sic ostendisse poeniteat. Quo audito, cum visionis eius conceptus horror paulum abressisset, custos in haec sic verba respondit, dicens: Recede a me satana, tuas minas non curo: cui ego servio, poterit me bene de tuis manibus eripere: quo dicto, inimicus velut in fugam versus disparuit. Post haec multo tempore cum custos minarum diaboli minime memoraret, ac doli eius inscius, sibi minime provideret, diabolus humanae solatii semper inimicus rediit, et custodi confusionem, quam sibi promiserat, Deo permittente inferre curavit. Nocte igitur quadam in primo somno ante tempus matutinarum custodis foeminae indutus forma ad cellam custodis, velut introitum postulans pulsavit. Custos vero tali tempore timoris insuetus surrexit, et aperiens cellae iannam, quisnam ibi esset, aut quid sibi vellet inquisivit; cui diabolus: Ego, inquit, amica tua charissima, talis monasterii custos, tibi fidelis, quae quoniam in tui amorem vehementer exarsi, amoris vehementia tibi amplius abesse non potui: magno itaque tractus

CARTHAGENA de B. M. V.—Vol.

amore, et monasterio meo ad te huc perveni, assumens pretiosiora cuncta nostri monasterii clendia, quae nobis longo tempore suo valore vitae necessaria poterant ministrare. Nare igitur surge velocius, omni mora postposita, mihihique sociare, quicquid quoque tu pretiosorum clendiorum, ac ornamentorum habere poteris, tecum assumens, in ignotam regionem, ubi cupis possimus frui praesentia, simul pergamus. Satanas quoque sicut custodi loquebatur extrinsecus, sic tentationibus suis, animam eius amplius excitando, movebat intrinsecus, ita ut quid illi responderet, non inveniret, sed verborum, ac tentationum eius victus importunitate fidem illi adhibuit, collam egressus est, et quaequid de suae custodiae commissis clendidiis monasterii, et ornamentis habere poterat, in sacrum munus colligens cum diabolo, veluti cum custode dilecta, a monasterio fugam petens, abcessit. Cum autem per aliquantulum spatium a monasterio recessisset, lacrymabili voce diabolum conquestus est, se quoddam pretiosissimum monasterii sui clendodium fuisse oblitum, quod omnia habita praecelleret in valore, dixitque ad custodem: tu hic sede, amice charissime, et tu reditum meum praesolare, ego citius, quo potero, quaesito et allato illo festinus ad te redibo. Credit custos, et ascendente diabolo, solus cum furto remansit in campo. Diabolus vero, postquam recessit a custode, venit in monasterium, et ingressus dormitorium, magnum strepitum commovit, clamans alta voce: surge, surge, et citius exiens, qui cuncta furatus est insequentes, comprehendit. Surrexit Abbas, et totus conventus cum eo, et perlustrantes singulas clausuras apertas, et pretiosiora quaeque, clendodia, ac ornamenta monasterii sublata invenerunt. Unanimiter perinde monasterium egressi, et custodem insecuti, non longe a monasterio solum invenerunt, et furum cum eo. Quem comprehendentes, cum quid diceret, et furto praesente confusus non inveniret, secumque vehementer tacitus miraretur, quomodo in hoc infortunio pervenisset, cum in monasterium redeuntes, incarcerationum, ambobus pedibus cippo aretatis, et affixis, usque in diem crastinum, quando de facto melius deliberarent, dimiserunt. Alteri quoque monacho, ut ad matutinas tempore congruo loco custodis pulsaret, committens, ipsi se quieti tradiderunt. Quiescentibus singulis, cum custos facti turpitudine confusus, solus sederet in carcere, atque cippo, secumque miserabilem causam tacita mente, cordeque contrito revolveret, et prae cordis anxietate erumpentibus lacrymis, bene contritus amarissime fletet, solatiumque sibi sub sole nullum superesse conspiceret; devoto corde se translulit ad omnium desolatorem consolatricem piissimam Virginem Mariam, castum suum ei conquerens in haec verba: O mea Mater, omnium peccatorum misericordissima patrona, quoniam ut corde nosti, devota tuis me servitium mancipavi: per tuam infinitam clementiam te deprecor, ut mihi casu hoc lacrymabili innocenter circumvento, tuam misericordiam gaudeam affuisse. Camque sic iaceret in oratione, et to-

tius spei anchoram in Matrem misericordiae iniecit, ecce subito in forma, qua cum depingi fecerat, saluam adesse conspexit, sibi sum infortunium improperantem, atque dicentem: ecce iniquus quomodo, quod tibi ante promiseram, ut scilicet mihi de facta iniuria tibi reddam rationem, iam persolvi. Custos cordis dolore confusus, quid suis responderet improperis, non inuenit. Tunc ait diabolus: Ecce, quod tibi ante praedixeram, iam me cognoscas implesse; sed tamen Maria Domina tua mola quam ad te gerit compassione, me imperiali potentia, quod invite facerem, compulit. His dictis, daemon excessit, et excesso cippo liberavit, et ut illic recederet, imperavit. Custos cellae suae secreta secreta possit, ac diabolus in forma custodis transformatus, in cippo carceris pro eo invitatus et compulsus recessit; custos quoque totus gratulabundus, misericordiae gloriose Virginis, cuius imperio fuerat liberatus, gratias quas potuit, retulit, tempusque matutinum totus laetabundus expectavit. Campae prope esset, quod impulsu horologii tempus matutinum signaretur, quod etiam in loco officii sui Frater ordinatus expectavit, ecclesiam introivit, atque ut solet, decantandis monachis in pulsa signum dedit. Quod ut Frater vice eius ad pulsandum ordinatus, audivit, mirabatur, quisnam illi esse potuit, qui ipsum pulsando etiam ante tempus praevenerat, eo quod dum custos incarcerationis, adfasset, ad ecclesiam igitur festinus accurret, et custodem pulsantem inventurus, cum vehementer miraretur, Abbatem, ac Fratres veteres adiit, et quod custos, fracto carcere, recedens auferisset, intinavit. Surgentes illi carcerem adeunt, atque ut sibi videbatur, custodem incarcerationis, ut eum antea reliquerant, inveniunt. In choro quoque ecclesiae veniunt, atque custodem, ut ibi solet, pulsantem aspiciunt. Dixitque Abbas fratribus suis: Tota haec nocte, Fratres mei, diabolica sumus deceptione vexati. Et accepta aqua benedicta cum pulsantem custodem aspersisset, ille reverentem humiliter ut vere humilis erat, asperentem accepit. A choro igitur ad carcerem cum conventu rediit, ubi, ut sibi videbatur, custodem incarcerationis sedentem invenit. Campae cum, ut vero custodi ante fecerat, etiam aqua benedicta aspersisset, ille dimissio magno foetore, ut fumus emanat, sicque discordiae seminator maleficus Fratres singulos cum custode pacificavit invitavit. Custos quoque suae liberationis non ingratus, nec immemor, studuit adiutorio gloriose Virginis, in virtutibus proficendo pro sibi impenso beneficio gratis existere, et in servitio eius spirantem gratia usque in finem vitae suae amplius fervere. Fratres vero missis nunciis in praenominatum monasterium Virginum, utram de hoc negotio noce illa aliquid perciperent, explorare sinderunt. Sed quoniam rei veritas nulli hominum, excepto custode, paluit, nulli aliquid inde auditum fuit. Custos vero rei eventum usque ad vitam suae terminum secretum tenuit, nullique publicavit. Sed cum ceteris vicinae mortis signis prodentibus se, ab hoc saeculo migraturum esse cognosceret, omnem rei gestae ordinem vocato Priori intimavit.

§. CCXXXI.

Collector Speculi eisdem verbis: S. Thom. Cantuariensis Episcopus in adolescentia sua castissimus erat, utpote qui beatissimae Virgini Mariae suam venerat castitatem. Cum autem esset inter socios, sicut liliam inter spinas, audivit eos saeculares saecularia conferre, et tactantes se de suis specialibus dominibus, et de clendiis sibi datis ab ipsis. Tandem in loco dixit: Nihil valet quod dicitis, et tactatis, ego habeo amicam, qua omni vestrum praecellit amicam, qua mihi clendium dedit, cui nunquam simile vidistis. Hoc autem totum spiritualiter intendebat, sed ipse secundum mentem suam recipere hoc volebat, supplicantes instantissime, ut eius clendium demonstraret. Et vim iam inferre volentibus, aufugit in ecclesiam, seque ad orationem contulit, rogans, ut sibi tam praesumptuosum verbum Domina dulcissima indulgeret. Ecce autem in visione ei electissima Virgo apparuit, consolans eam febilem, et dicens: Ne timeas, quia optime et vere excellentiam tuae amicae inter socios, immo inter omnes homines, obtinisti. Deditque ei pyxidem valde parvulam, nimis pulcherrimam. Reversus ad se, et ab oratione consurgens laetus abire volebat; sed socii praefati videntes eum, iterum pro exhibitione sui clendii insistebant. Tandem socii e manu eius praedictam pyxidem rapuerunt, et aperientes viderunt in ipsa parum de purpura extraxerant, et prodit de illa pulcherrima casula mirabiliter benefacta. Verbum illud mirabile pervenit ad Episcopum Cantuariensem, cui accessit Thomas, rei indicavit veritatem. Unde providit ei Episcopus in studio, et expensis, praordinans eum in animo suo, sibi futurum successorem: quod et postmodum factum est.

§. CCXXXII.

Idem Collect. spec. eisdem verbis: Miles quidam in torneamentis, et exercitiis saecularibus se plurimum exercebat. Haec eventum infortunium, quod talibus solet saepe venire: nam Monachus factus fuit. Sed Dominus qui dixerat, melius esse cum uno oculo ad vitam ingredi, quam cum duobus tendere ad gehennam, qui novit bonum de malo elicere, felici necessitate eum compulit ad meliora commutari. Et quia circa divinum officium, et praecipue in Missa gloriose Virginis Mariae devotissime se agebat, quodam die eques processit ad ecclesiam, in qua Salve sancta parens sollemniter cantabatur, qui morem gerens solium obstitit, et Missam negligere recusavit. Tunc ecce Ludaeus quidam interim casu pertransivit, inveniens quem militem ad nomen Reginae coeli frequenter genua flectere, respexit, impieque subannavit, improperans inter cetera, quod ancillam gentis suae tam venerabiliter honoraret. Miles Dominae suae iniuriam ferre non volens, accensus zelo fidei, ludaeum percussit:

ad aures, qui mox querulans, et eiulans commovit totam plebem. Accurrensque populus seiscitabatur causam clamoris: qua percepta, pro divite favoris gratia sententia lata fuit. Miles autem interim vivens paratas sibi insidias, secessit in ecclesiam, auxiliatrici fidelissime negotium suum committens. Assitit autem angustiato illuminatrix cordium, et amissum sibi oculum restituit, et visum lucidissime reparavit. Captus tandem in ecclesia, et abstractus, ac productus, traditus est Iudaeo, qui cum minime recognovit, dicens: Hunc iudicarem me laesisse, si duos oculos non haberet: nam huic nihil imputare valeo. Viso igitur miraculo, gaudebant fideles, recognoscentes, et laudantes Matrem Domini, et fidelium adiutricem. Stauerunt ergo fideles, ut in eodem die annis singulis Iudaei Iudaeum aliquem publice praesentent, qui sine contradictione alapam tam gravem sustineat, quam Christianus decesserit sibi dandam.

§. CCXXXIII.

Idem Collector speculi eisdem verbis: Erat quidam presbyter Deo multum devotus, et naturali quodam castitatis dono refulgens. Ordinis Cruciferorum, cuius etsi mihi nomen non incognitum est, nec incerta habitatio, subfere reme lamen utrumque volat, ne ut ipsi pudorem, nam verecundus est, aut mihi adulterium notam inficerem. Is cum a primordiis florentis invente fere usque ad trigesimum annum, vel nullos omnino ob ingeniam castitatem, aut admodum paucos carnalium tentationum aestus persensisset, nescio quia daemone invidia aeterni sit, ut in proveciore aetate tam gravibus tentationum carnalium fluctibus inciperet agitari, ut de periculo castitatis haesitans, graviter trepidaret. Cumque daemon immundas cogitationes die, nocteque ingereret, et praedictus Frater profundis suspiriis, prodigiis, lacrymis, et sanctissimis precibus ambigua satisfacta deceraret; tandem ad Reginam Virginem Mariam spei suae anchoram fixit, ipsamque adiutricem sub tam acerba certaminis mole sibi fieri postulat. Verum dum illa non acceleraret praesidium, sed texeret moras anxie repugnanti, vidit quadam vice in altari, coram quo se in oratione prostravit, Virginis Mariae et b. Gertrudis imagines, vel sculptas nescio, vel pictas. Sed cum Reginam coeli aureo diademate refulgentem, et beatam Gertrudem hamillori velo tectam conspiceret, et videlicet imperiale meritum dispar habitus denotaret, columbina simplicitate plenus in hunc modum coepit perorare: Non debueras Virgo Maria benedicta me crebris te invocantem haeclem prolaxisse, et huensque in tuis castris militanti diu, saepeque optata negasse praesidia, cum te et vulgatum nomen miserorum adiutricem, et regnum diadema, Virginum principem signent. Verum nunc quia gravius saeviente hoste in me video periclitari castra pudoris, et bellum impar viribus meis impostum cerno, atque ex hoc conficio hosti in pro-

ximo cessura trophaea, eo usque noveris rem processisse, ut hodie felix virgo regium diadema aut rolineas, aut amictus. Si inveris festum, manebit tibi si vero, vel adhuc precantem spereris, detracta sublimi de vertice corona, Gertrudis virginis caput ornabo. At ipsa cum se vidit per me hoc honore praeventam, tantis beneficiis non ingrata, a turpibus cogitationum procellis me liberam, atque securam efficit. O Deas, quid non facit innocentis hominis sancta simplicitas: mox enim ut his verbis Genitricem Dei, et Reginam coeli convenisset, ipsa quasi tanti honoris fastidio volens privari, minantem sibi Fratrem ab iniuriam tentatione tam potenter eripuit, ut post illam horam usque in praesens tempus dicatur carnalium tentationum fluctibus non quassari, sed de tunc accepta puritate, nunc quoque laetatur.

§. CCXXXIV.

Cerardus Lorichius Halamensis Catholicus (in compend. gloss. ordinar. et interlin. in 3. Reg. cap. 13): Hermannus Itali Fratricellorum haereticos auctoris manens apud Ferrariam instansanet attentus reliquiae colebantur. Altorum impium dogma ite declararetur, ridem aequum fuit, necessitas quoque postulat, ut ossa infanda comburentur. Diabolum hoc iudicium Ecclesiae solum odisse, ex historia Guidoanis est videre. Diabolici hominis reliquiae in ignem coniectae statim emicere, atque diabolorum potestate in aera supra rogam ferrebantur. Populus iudices in ipsam ardentem pyram iniecit, nisi clerus qui daemone invidia aeterni sit, haereseon omnium interemptions, in officio eius introitus est: Salve sancta parens, invocando, diabolorum nequias exasperasset, ipsoque clamore cogisset: O Guido de Lacha nos defendimus te quantum potuimus, et cetera. Itaque merito cantat Ecclesia: Gaudet Maria Virgo, sola cunctas haereseis interemisti in universo mundo.

§. CCXXXV.

Cardinalis iacobus de Vitricio (in lib. quem de apib. voc.), quia ad similitudinem apum varios exemplorum flores collegit: licet autem liber nomine auctoris careat, illum tamen praedicto Cardinali adscribit Dionysius Carthusianus, dum ait: Eundem auctorem illius esse, qui scripsit vitam sanctae Christianae de Leodio; hunc autem fuisse cardinalem Vitricium tradit Surius in vita eiusdem sanctae. Narrat igitur ille, quod cum quidam, qui postquam multos annos in militari vita consumpisset, Ordinem Cisterciensium ingrederetur, interrogatus a magistro novitorem de aliquibus christianae doctrinae rudimentis, etiam orationis Dominicae ignarum illum reperit, causam ille subiecit, dicens: Ita memoriam habilem habere, ut per totam vitam non potuisset

orationem Dominicam memoriae mandare, tunc praecipit Abbas, ut saltem salutationem angelicam addiceret. Per multos dies ille laboravit, nunquam tamen potuit alia verba memoria retinere quam illa: *Ace Maria gratia plena*. Magister autem novitiorum observans hebes hominis ingenium, ac labilem memoriam, salutare hoc consilium ei praebuit, ut frequenter mente, et ore in omnibus suis actionibus illa verba repeteret: *Ace Maria gratia plena*, cui ille ita obtemperavit, ut fere nunquam ea verba ab eius ore decederent, favebaturque repetitionem illam sibi non solum non molestam, sed dulciorem super mellis favum ori eius esse. Postmodum nonnullis transactis annis, quibus religiose ac sancte vixit, cum e vita discederet, et in loco consueto reliquorum Fratrum fuisset sepultus, e sepulchro eius prodit arbor, in cuius foliis divinitus aureis characteribus scripta erant verba illa: *Ace Maria gratia plena*. Huius portenti fama continuo per totam illam diocesim diffusa, protinus Episcopus ad videndam visionem illam gradum properavit, fodereque iussit in eodem loco, ubi arbor sita erat, et invenit radicem arboris in ore sancti illius cadaveris radicalem esse. Unde non obscure coniectavi ob devotam illorum verborum repetitionem: *Ace Maria gratia plena*. Tandem miraculum caelesti consilio patratum fuisse, et ad remunerationem illius, et ad instructionem nostram, ut moneamur frequenter sacra illa verba mente et ore versare.

§. CCXXXVI.

Frazer Francisci de Gonzaga quondam minister generalis Seraphici Ordinis, nunc vero Episcopus Mandamus libro de origine familiae observantiae commemorat: Cum magna grassante peste per totam civitatem Conimbriensem monasterium s. Clarae inciperet adeo periclitari, ut moniales timore mortis concussae de fuga ab eo loco inter se agerent; dum tamen de modo magis decenti ad fugam capessendam deliberarent, ecce repente ad ostium pulsus pauper quidam eleemosynam petens, ad quem cum venissent quaedam moniales, continuo ille interrogavit, ut quid adeo tristes et afflictas essent; illis autem respondentibus propter appropinquantem ad nos pestem, quae

FINIS TERTII VOLUMINIS

nos hinc abire compellit: at ille continuo dixit: credite mihi, non opas est, dabo vobis efficacissimum remedium ad illam omnino propulsandam: accipite chartam istam, et antiphonam Deiparae in ea scriptam singulis diebus recitate: statimque ille non amplius comparuit. Coeperunt moniales singulis diebus saepe tum alta voce canere antiphonam illam, tum submissa voce singula eadem repetere; quo praesentissimo antidoto coelitus, ut creditur, demisso, monasterium in mediis flammis grassantis pestis ab eius contagione omnino immune servatum fuit. Antiphonam, vel orationem hic apponam, ut omnes salubri hae medicina ingruente peste fruantur.

Stella coeli extirpavit

Quae lactavit Christum Dominum.

Mortem pestis quam plantavit

Primus parens hominum.

Ipsa stella nunc dignetur

Sydera conspescere,

Quorum bella plebem cadant

Ditae mortis ulcere.

O piissima stella maris

A peste succurre nobis,

Audi nos Domina.

Nam filius tuus nihil negans

Te honorat,

Salva nos Iesus,

Pro quibus Virgo Mater orat.

†. *Ora pro nobis sancta Dei Genitrix.*

‡. *Ut digni efficiamur promissionibus Christi.*

ORATIO

Deus misericordiae, Deus pietatis, Deus indulgentiae, qui miseris es semper affectionem populi tui, et dixisti angelo percutienti populum tuum, contine manum tuam, ob amorem illius stellae gloriosae, cuius ubera pretiosa contra venena delictorum, quam dulciter susisti: praesta auxilium gratiae tuae, ut ab omni peste, et improvisae mortis, secure liberemur, et a totius perditionis incurso misericorditer salvemur, per te Iesu Christe Rex gloriose, qui vivis, et regnas in saecula saeculorum. Amen.

Haec, et omnia mea iudicio Ecclesiae catholicae Romanae libenter subicio, paratus, si quid eius doctrinae minime apici adversum quoquo modo scriptum sit, corrigere, emendare, abraderi, et penitus abolere.

INDEX HOMILIARUM

LIBER DECIMUSQUINTUS

DE SACRIS ARCANIS DEIPARAE VIRGINIS IN FESTO S. MARIAE AD NIVEM, ET IN EVANGELICA ILLIUS DIEI LECTIOE LATENTIBUS.

Homilia Prima.	
In illa verba Ecclesiast. 44. Imperio suo acceleravi nivem, proprietates, et effectus nivis in laudem b. Virginis, et nostram utilitatem convertuntur.	5
Homilia Secunda.	
In illa verba: Extollens vocem quaedam mulier de turba, etc. foeminarum praeconia mulierum, et quae variis virtutibus etiam inter Ethnicos mirifice floruerunt, recensentur.	15
§. I.	
Ab etymologia nominis foeminae laudantur.	ib.
§. II.	
Ex creatione primae mulieris laudes foeminarum deducuntur.	14
§. III.	
Ex honore, quem Principes, et Philosophi mulieribus deferunt, earum excellentia innotescit.	ib.
§. IV.	
A fortitudine, et imparido animo, etiam in militia, foeminae laudantur.	15
§. V.	
Ab amore erga patriam, et maritos, et a tutela, quam eis praestiterunt, foeminae commendantur.	ib.
§. VI.	
A liberalitate, et magnificentia foeminae laudantur.	18
§. VII.	
A castimoniae virtute foeminae commendantur.	ib.
§. VIII.	
A prudentia, et sanis consiliis foeminae laudantur.	22
§. IX.	
A misericordia, et pietate commendantur foeminae.	ib.

§. X.

A literarum peritia, eloquentia, et eruditione foeminae commendantur. 24
Homilia Tertia.

Evangelicae illius mulieris in laudem Christi, et B. Virginis dicentis: Beatus venter qui te portavit, et ubera quae susisti, praeconia multa apponuntur, quibus mira eius religio, fortitudo, et sanctitas cum singulari prudentia coniuncta innotescit, in illa verba: Quaedam mulier de turba dixit: Beatus venter, qui te portavit. 27

Homilia Quarta.

Eiusdem Evangelicae mulieris, nec non virginis Deiparae ventris encomia exordimur, in eadem verba: Extollens vocem quaedam mulier de turba dixit: Beatus venter, qui te portavit: ubi praecipua epitheta, quibus sancti Patres b. Mariae utrumque exornant, cum aliis multis a nobis excogitatis, apponuntur. 31

Homilia Quinta.

Celsissimae dignitatis Matris Dei praecara multa encomia proferimus, in illa verba: Beatus venter, qui te portavit (Luc. 11). 38

Homilia Sexta.

Prosequitur idem argumentum, et septem insignibus matribus, quarum dicina eloquia meminere, excellentiam Dei Matris deprehendentes, in eadem verba: Beatus venter, qui te portavit. 44

Homilia Septima.

Eadem verba: Beatus venter, qui te portavit, elucidamus, internam b. Virginis puritatem, variis Canticoorum locis explicatis illustrantes, nonnullaque virginis ventris encomia subiciemus. 46

Homilia Octava.

Deiparam Virginem divinae gratiae miraculum, ac beatum eius ventrem miraculorum officinam esse aperte demonstramus, in illa eadem verba: Beatus venter, qui te portavit. 53

Homilia Nona.

Virginem Deiparae ventrem bonorum omnium scaturigenam esse, atque ideo merito dici beatum, variis animi conceptionibus palam fit in eadem verba: Beatus venter, qui te portavit. 58

Homilia Decima.

Beata Virgo Christum Dominum ventre suo